Caj. 29 - 681 Ar
21322
16

ELEGIA
IN MORTEM
SERENISSIMÆ DOMINÆ
D. MARIÆ THERESIÆ
DE BORBON,
DIGNISSIMÆ GALLIÆ DELPHINÆ.

AUTHORE
D ANTONIO DOMINGVEZ,
DECIMUM TERTIUM ANNUM AGENTE,
IN SCHOLARVM PIARVM
CÆSAR-AUGUSTANO COLLEGIO.

PAllida cur Atropos cæca caligine ſerpens,
Intendens arcum, ſpicula dira vibras?
Sufficit ad Regem jaculari tela, ſagittas,
Ob cujus cædem luctus in Orbe ſonat.

A Funere

Funere turbaſti mœrentia pectora natæ,
Ad cujus nutum Gallia tuta fuit.
Viribus illa carens thalamo ſua membra locavit;
Cum peperit, periit fœmina pulchra nimis.
Hinc dolor, hinc gemitus, geminatus naſcitur horror;
Os lachrymis ſpargens Gallia triſtis adeſt.
Mœroris multum transfixit pectora fida;
Quod ſibi quiſque tenet, frons, oculuſque notat;
Hiſpani mœſti cum Gallis funera deflent;
En ego ſum mœrens, & gemebunda domus;
Liligerum Regnum fragrantia lilia ſervat,
Dum Delphina cadit, deperit omne virens.
Quocumque aſcipias, nil eſt, niſi mœror, & angor;
Quod Mariæ rupit Parca cruenta dies.
Quo magis in campo flos eſt formoſior ullis,
Hoc magis abulſum vir, Dominuſve dolet;
Sic mortis ferro Delphina abrepta cruento;
Triſtiam Regi contulit ipſa viro.
Quid mirum! Si dira Atropos jam neverat annos;
Et virides flores abſtulit ipſa ferox.
Regnatris periit vernans, vernantibus annis.
Heu rectis rebus quàm cito finis adeſt!
Floruit hæc quondam, ſed flox fuit ille caducus;
Tempora cum veniunt, mors rapit omne ſimùl.

O

O Sors ! O mores ! dicunt , periiſſe dolore,
Quæ rubuit veluti gramine prata rubent.
Eſt aliquid ; vita caſſum ſperare ſepulchrum,
Et gelido terræ marmore membra fruit.
Tu Delphina cadens, cunctis his rebus abundas,
Nec tumulum gelidum florida terra negat.
Ob fatum induti Magnates tegmine nigro,
Adſunt Exequiis ; luctus , & intus agit.
Plures ſupremum Galli comitantur honorem;
Et vultu triſti labitur imber aquæ.
Heſperiæ genito decoratur flore pheretrum:
Nil facit ad florem gemma , Corona decus;
Regia tumba facis rutilanti cingitur igne,
Totque faces rutilant , quot tegit intus amor:
Candet ebur ſoliis , collucent ſtemmata gemmis;
Sed tumulus claudit ſtemmata , ſceptra ſimùl:
Fige viator amans oculos , ne reſpice retro,
Clauditur hic pheretro , quæ memorata manet.

FINIS.